

10. Augustinum de natura summi boni contra Manichaeos cum aliis insertis. 11. Augustini speculum. 12. Regulam Augustini ad canonicos regulares cum caeteris contentis. 13. Augustinum de doctrina christiana cum aliis contentis. 14. Augustinum de opere monachorum ad Aurelium cum caeteris insertis. 15. Augustinum de consensu evangelistarum. 16. Excerpta Eugenii¹ ex b. Augustini libris cum quaestionibus ac sententiis ad Probam virginem. 17. Expositionem b. Ambrosii in apostolum. 18. Tractatum b. Augustini de quatuor virtutibus charitatis cum aliis contentis. 19. Augustinum de sermone Domini in monte habito cum contentis. 20. Augustinum de agone christiano cum aliis insertis. 21. Augustinum de praedestinatione sanctorum. 22. Librum b. Augustini confessionum. 23. Collectaneum Sedulii Scoti in epistolam ad Romanos. 24. Augustinum super canonicam Iohannis. 25. Formulam honestae vitae Martini episcopi cum caeteris insertis. 26. Librum retractationum b. Augustini cum aliis contentis. Quorum iam dictorum librorum sub lit. F. signatorum sunt in numero 26.

Sub littera G. 1. Ambrosium super psalmum 'Beati immaculati'. 2. Ambrosium super Lucam. 3. Hexameron b. Ambrosii. 4. Ambrosium de officiis cum aliis contentis. 5. Epistolas b. Ambrosii ad Theodosium imperatorem cum caeteris insertis. 6. Ambrosium ad Gratianum imperatorem cum contentis. 7. Ambrosium de fide catholica cum aliis contentis. 8. Ambrosium de somnio² Scipionis. 9. Expositionem Bedae de tabernaculo cum aliis contentis. 10. Bedam super Marcum cum contentis. 11. Bedam super Lucam libros sex. 12. Libros quinque ecclesiasticae historiae Anglorum Bedae cum contentis. 13. Bedam super cantica cum aliis insertis. 14. Bedam in epistolas canonicas. 15. Librum Bedae de temporibus maiorum cum caeteris contentis. Quorum iam praefatorum librorum sub lit. G. sunt in numero quindecim.

Sub littera H. 1. Bernhardum de vita s. Malachiae episcopi cum aliis contentis. 2. Partem primam b. Bernhardi abbatis in cantica canticorum. 3. Partem secundam eiusdem in cantica. 4. Bernhardum ad Eugenium papam cum aliis insertis. 5. Bernhardum super psalmum 'Qui habitat' cum contentis. 6. Bernhardum super 'Missus est' cum caeteris insertis. 7. Librum Hugonis primum de sacramentis. 8. Librum Hugonis secundum cum contentis de sacramentis christianae fidei. 9. Symbolum quod Romae scriptum est in argentea tabula cum aliis contentis. 10. Di-

1) So statt 'Eugepii' Hs. 2) 'somno' Hs.